



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Iosephvs hoc est, Sanctissimi Educatoris Christi Dom.
Deiq. nostri in Terris apparentis, ac Æternæ Virginis
Mariæ Sponsi Vitæ Historia**

Stengel, Carl

Monaci, MDCXVI.


Cap. I. D. Iosephi patria, parentes, sancta natiuitas, nomen, genus,
cognatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42004

✠

D. IOSEPHI
PATRIA, PAREN-
TES, SANCTA NATIVITAS,
Nomen, Genus, Cogna-
tio.

C A P V T I.

VANQVAM apud om-
nes in confesso sit pa-
triæ nobilitatem non-
nihil ad hominū no-
bilitatem, gloriam & honorem
facere, tamen & illud negari non
potest, ignobiles sæpè locos, or-
tu clarorum & illustrium viro-
rum insigniter nobilitatos. Quis
dubitat Stagyram quantumuis
ignobilem Græciæ urbem, quod
Aristotelis tamen natale solum
fuit, redditam celeberrimam?
Idipsum ciuitati Nazareth Iose-
phi nostri patriæ diuinitus eue-
nisse,

Joan. 1.
Nazareth
patria Io-
sephi.

nisse, absque vllâ dubitatione, firmiter credendum puto. Erat hæc adeò despecta, vt Nathanael, vir insignis diceret: *à Nazareth potest aliquid boni esse?* postquam tamen B. Virgo & Ioseph in eâ nati, & filius Dei in eadem carnem assumens, conceptus fuit, omnes totius orbis splendidissimas, ac opulentissimas ciuitates longo interuallo superauit, ita vt D. Hieronimus, *florem Galilææ* illam vocet, & Andreas Hierosolymitanus Episcopus, sermone de Annunciatione, terrestri paradiso illam conferat, dicens: *Nazareth Eden hortum emulata, ipsius Eden conditorem sinu suo complectitur.* Sita est Nazareth in prouinciâ Galilææ, quæ est regio terræ Palæsthinorum, & clauditur ab ortu Syriâ, ab occasu Phænicia, à Septentrione Libano monte, & Tyrorum finibus, & à meridie Samariâ

Sam
Pro
top
lis;
plis
dei
tant
phu
infa
rimi
ros,
uit,
sunt
dup
rior
foni
ricu
Zab
cten
lista
rare
ces
lilæa
veni

Samariâ per lineam ductam à
 Ptolemaidis territorio in Schy-
 topolim: Est autem regio ferti-
 lis; & intermedio monte, am-
 plissimos habet campos: vnde
 de illâ, & de gentium in eâ, habi-
 tantium naturâ & indole Iose-
 phus ita scribit: *Sunt pugnaces ab*
infantiâ Galilæi, & omni tempore plu-
vimi, neque aut formido unquam vi-
ros, aut penuria regiones illas occupa-
sit, quoniam totæ optimæ & fertiles
sunt. Porro hanc Galilæam multi
 duplicem fuisse affirmant, supe-
 riorem & inferiorem, superior à
 fontibus Iordanis in Gennesare-
 ticum lacum descendit, terram
 Zabulon, & Nephtalim comple-
 ctens, sicut Matthæus Euange-
 lista ex Prophetæ Isaiæ auctori-
 tate comprobat, sic dicens: *Se-*
cessit (de Christo loquitur) in Ga-
lilæam, & relicta ciuitate Nazareth,
venit & habitauit in Capharnaum in
 finibus

*Ios. de bel-
 lo Iud. l. 3.
 cap. 2.*

*Galilæa
 duplex.*

Matth. 23.

finibus Zabulon & Nephtalim, ut adimpleretur, quod dictum est per Isaiam Prophetam: Terra Zabulon, & terra Nephtalim via maris trans Iordanem Galilæe gentium. Per hanc est via publica ab Assyrijs in Tyrum ad mare mediterraneum. Cognominatur autem hæc a Propheta

Galilæa gentium.

Galilæa Gentium, quia non modica eius pars donata fuit à Salomone Hiram Regi Tyri, Inferior reliqua Galilæa est, quæ Lacui & Tiberiadi vsque in regionis finem meridianū imminet, montem Carmelum complectens; & in hac est ciuitas Nazareth, quæ fuit patria Iosephi, in qua ipse non solùm natus, & nutritus fuit, sed etiam habitauit; meritoq; S. Iosephus debuit esse ex patria Nazareth, quæ inter alias interpretationes, *custodia & separatio* interpretatur; cum & Christi infantis & Mariæ virginitatis singula-

gula
esset
matr
iunc
mē f
per f
vtpo
lo fig
crati
mor
rem
gam
nem
patri
hem
Mart
phon
ait: i
um h
veter
tur.
futile
non
quam

gularem custodiam habiturus
 esset; & ab sponsa, licet alioquin
 matrimonij vinculo cum eâ cõ-
 iunctissimus, quoad thorum ta-
 mē separatissimus futurus sem-
 per foret. Alias significationes,
 utpote quòd Nazareth vocabu-
 lo signetur flos, sanctitas, conse-
 cratio, vinctio & mūditiā parum
 moramur, & studiosum Lecto-
 rem ad sacros interpretes able-
 gamus. Interim tamē & hoc mo-
 nemus, non paucos existimasse
 patriam S. Iosephi fuisse Bethle-
 hem, propter testimoniū Iustini
 Martyris, qui in dialogo cū Tri-
 phone Iudæo de Iosepho agens,
 ait: illum à Nazareth, ubi domicili-
 um habebat, ascendisse in Bethlehem
 veterem patriam, ut nomen profiteretur.
 Verum hoc fundamentum
 futile est, quia Iustinus martyr
 non appellat Bethlehem, anti-
 quam Iosephi patriam, quòd ex

*D. Hiero.
 ad Marcel.
 Bern. Rust.
 Mar. p. 5.
 serm. 3. de
 Annunc.*

*Quidam
 patriā Iosephi existi-
 marunt esse Bethle-
 hem.*

*Iust. Mart.
 cum Tri-
 phone.*

ea fuerit oriūdu, sed solūm, quia maiores eius indē erant, quos, ibidem ait Iustinus, esse ex tribu Iuda, cuius sortis illud Bethlehemiticum oppidum fuisse testatur. Sed Nazareth patriam Iosephi fuisse, testantur etiam, P. Iohannes Maldonatus, P. Petrus Morales, & P. Iohannes de Carthagena, quibus etiam ratio ipsa suffragatur.

Maldon. c.

13. Matth.

n. 14. Morales lib. 2.

tract. 8. n. 9

Carthag.

li 4. hom. 3.

Parentes

Iosephs.

Matth. 1.

Ev. 3.

Qui autem fuerint D. Iosephi parentes, non est concursus omnium sententia: nam licet Mattheus disertis verbis affirmet, Iosephum filium esse Iacobi, dicens: *Iacob autem genuit Ioseph: cui minime refragatur Lucas, dum ait: Heli fuisse patrem Iosephi; nam ille patrem naturalem, hic legalem descripsit; Quinam vero fuerit hic pater legalis, non parva dissensio reperitur apud Doctores; quidam enim concedunt, il-*
lum

lum fuisse vterinum fratrem Iacob; alii verò probabiliter valdè putant, patrem legalem Iosephi fuisse naturalem patrem beatissimæ Virginis, qui binomius fuerit, hoc est, duplici nomine, *Heli* & *Ioakim* appellatus, qui propterea à S. Euangelista Luca pater Iosephi nūcupetur, quia focer eius erat. Moris enim est in sacra scripturâ, generos, filios nominare. Tertia opinio singularis est R. D. Francisci Lucæ, qui autumat per *Eli* non significari Ioachimum Patrem B. Virginis, sed ipsius matris Annæ patrem, præsertim dum ita scribit: *Atqui propter ea, quæ magis solida esse iudico, Matth. 1. v. 16. à me dicta, præcipuè verò quòd promissiones Dauidi factas de gignendo ex se per Salomonem Christo, verisimile sit, impletas potius per lineam patris Mariæ, quàm per lineam matris; ego malim intelligere, hunc Eli auum*

B 2 fuisse

Comment.

in cap. 1.

Matth. 1.

Luc. 3.

fuisse B. Mariae, patrem Annae; & postquam ab Euangelista Matthæo descripta esset genealogia Mariae ex latere paterno, ex parte inquam patris Ioachim; Lucam à B. Virgine admonitum, describere genealogiam ex materno latere, ex parte inquam matris, Annae; sed cum Hebraeis in usu non esset feminas in ordine generationis recensere, ac proinde non magis Anna hic nominanda esset quàm Maria, primum nominatum fuisse Annae patrem, Eli. Itaque Ioseph dicatur filius fuisse Eli, quia maritus Mariae, quae fuit neptis Eli, ac proinde ipse suo modo nepos Eli, affinitate scilicet. nec enim vel illud præter morem est, quod nepotes dicantur filij & filiae auorum. Quod ergò à Luca Iosephi pater dicitur fuisse Eli, cum Matthæus dixerit fuisse Iacob, nulla repugnantia est: Iacob enim naturà Iosephi pater fuit, Eli autem affinitate consuetudineq; coniugij. Alibi etiam, nimirum in caput primum Matthæi, post multa

multi
conco
adduc
isse ac
ternu
potius
genea
ita ut
Ioachim
simile
rere h
etiam,
terrup
angeli
fuisse a
proau
nes qu
except
veros
Mariae
cesserit
cū dū
apud
Nos

multa dissertationem suam ita
 concludit: Quo argumento etiam
 adducor ut credam, Mathan potius fu-
 isse avum Mariae paternum quàm ma-
 ternum, id est, fuisse patrem Ioacimi
 potius quàm Annae; atq; hic describi
 genealogiam Mariae ex latere paterno,
 ita ut Iacob pater Iosephi, fuerit frater
 Ioacimi patris Mariae. Non enim veri-
 simile est, ubi vir & femina concur-
 rere habebant, promissionē Dauidi fa-
 ctam, præstitam esse per feminam, in-
 terruptā lineā virili. Mens igitur Eu-
 angelistæ est, ut intelligatur, Mathan
 fuisse avum, ut Iosephi, ita & Mariae,
 proavum autem IESV: ac proinde om-
 nes qui hac genealogiā enumerantur,
 excepto Ioseph, eiusq; patre Iacob, fuisse
 veros ac proprios progenitores maioresq;
 Mariae & IESV, prout mutuò sibi suc-
 cesserunt, ex quibus IESVS natus sit se-
 cū dum carnem. Quæ omnia fusius
 apud ipsūmet Auctorem leges.
 Nos igitur ad eius mentem ge-

Genealogia D. Iosephi & B. Virginis.


Fræc. Luc.
in cap. 3.
Luc.

nealogiam D. Iosephi, imò etiam D. Virginis, & per consequens ipsius Christi ex utroque Evangelista Matthæo nimirum & Luca descripturi, per lineam rectam à Davide deducemus, hoc interim cum eodem admonentes, quòdoquidem complurium diversa est sententia, per *Nathan* intelligendum filium Davidis naturalem non adoptivum, qui fuit Davidi natus Ierosolymis ex uxore *Bethsabee*, 2. Reg. 5. 1. Paral. 3. Non fuit igitur adoptivus Davidis filius, siue is qui Prophetam egit apud Davidem, siue filius aliquis *Vria Hethæi*: id enim impium sit asseuerare, nam sic decipiat Evangelista, ut qui non doceat, id quod præ se fert, ex semine David secundum carnem esse Dominum IESUM, sed omninò ex alieno semine. David volens testatum facere mundo, charum gratumq; sibi esse correptorem ac animaduersorem suum, Nathan in-

quam

quam Prophetam; uni ex filijs suis, no-
men illinc dedit. Hæc ille.

Genealogia illa à Dauide sic
deducitur.



*Hi tres in
ordine à
S. Mat-
thæo omis-
si causam
vide ibid.*

Ochozias.

Leui.

|

Matthæ.

|

Ioas.

Iorim.

|

Eliezer.

Amasias.

Ieso.

|

Ozias.

Her.

|

Elmadam.

Ioatham.

Kofam.

|

Addi.

Achaz.

Melchi.

|

Ezechias.

Neri.

|

Manasses.

Salathiel.

|

Amon.

Zorobabel.

|

Iofias.

Refa.


|

Iechonias, siue Ioakim.


Iohanna.

|

Iechonias sive Ioachin.	Iudas.
Salathiel.	Ioseph.
Phadaia.	Semei.
Zorobabel.	Mathathias.
Abiud.	Mahath.
Eliacim.	Nagge.
Azor.	Hesli.
Sadoch.	Naum.
Achim.	Amos.
Eliud.	Mattathias.
Eleazar.	Ioseph.
	Ianne.
	Melchi.
	Leui.
	Matthias.



Sunt tamen qui tradant, Iosepho & Marię, non auum, sed auiam vnã communem fuisse, Estham nomine, quę ex priore marito Mathan, descendente ex Salomone, suscepit Iacobum patrem Iosephi; ex posteriore Mathat, descendente ex Nathan, suscepit Eli siue Ioachimum patrem Marię, hac ratione.



Sed refellitur hæc opinio à
 R.D.

R. D. Francisco Luca hisce ver- *Comment.*
 bis. *Atqui, si Mathan avus non sit in 1. cap.*
communis, sed Iosepho proprius, ac pro-
inde sanguine non attingens Mariam
& IESVM: ergo nec Eleazar proavus
IESVM & Mariam attingit: neque e-
nim potuit Estha nupta fuisse duobus
fratribus, quandoquidem ex priore su-
stulerit filium. Potuisset abavus Ioseph,
nomine Eliud, fuisse & Mariæ abavus,
si Mathan prior Esthæ maritus fuerit
Esthæ patruelis: sed ut nihil ea de re li-
quet, ita non facile dici & inscribi po-
test, genealogiam esse IESV, in qua nec
pater, nec avus, nec proavus sanguine
atingunt IESVM. Præterea ut per fa-
minam Esthæ lineam, IESVS descen-
dat ex Davide & Salomone, minus sa-
tisfacere videtur magnificis illis Davi-
di & Salomoni datis promissionibus:
Hucusque ille: sequuntur dein-
de, quæ nos supra iam retuli-
mus.

De


*Cognati**D. Iosephi.*

De reliqua cognatione eius hoc loco id tantum obiter notandum, quosdam, qui & fratres Domini dicti sunt, putatos à nonnullis filios D. Iosephi, ex aliâ tamen vxore, quam D. Virgine natos, quæ tamen sententia ubiq; iam reiicitur. Communis & ubique ferè recepta opinio est, fuisse illos quatuor, nimirum Iacobum, Iose, Simonem & Iudam, filios Cleophæ, fratris Iosephi, & Mariæ dictæ Cleophæ siue Iacobi: dictos verò fratres Domini, hoc est, compatrueles, quia nepotes Iosephi ex fratre; apud quem vnâ cum Christo sunt educati, & ita eius fratres putati, sicut & Ioseph putatus est pater.

*Fratres
Domini
quinam?*

Eorum genealogia sic describitur:

Iacob



Constat itaque D. Iosephum non solum ex Dauidica profapia omnium nobilissimâ (utpote in qua complures potentissimi Reges fuerint) descendisse, verùm etiam sanctitate præstantissimos viros cognatione proximè attigisse, atq; adeò ipsum non solum sanguinis, sed & virtutū Dauidis legitimum extitisse hæredem, vt D. Bernardus dicere non dubitauerit. Verè de domo Dauid, verè ex re- D. Bern
giâ stirpe descendit vir iste Ioseph, nobi- hom. 2. su
li genere, mente nobilior, planè filius per Messias
Dauid non degenerans à Patre suo Da- est.
uid, prorsus, inquam, filius Dauid non
tantum

tantum carne, sed fide, sed sanctitate;
sed deuotione. Hæc de generis nobilitate dicta sufficiant, varias controuersias hinc prosequi non est nostri instituti, nam esset actum agere, cum integri de illis tractatus apud diuersos conscripti reperiantur: pergo ad alia.

D. Iosephus sanctus ex utero.
Bar. lib. 6. cap. 8.

Ger. ser. de nat. B. Virg. gen.

Sunt qui tradunt eum in utero sanctificatum, quod tamen, ut ait P. Barradius, infirmum habet fundamentum. Tradidit illud insignis ille Cancellarius Parisiensis, Gerson, qui rem hanc altius repetens, in hunc modum loquitur: *Sicut decuit, ut Virgo summam puritate niteret, sic decuit, ut haberet suo modo parem sponsum purissimum, qui cum perpetua Virgine virgo permaneret; uterque regali progenie illustris, uterque sanctificationem in utero recipiens, cum Maria plena gratia fomitem reprimente mansit Ioseph repletus gratia, peccatum mortale quodlibet*

libet superante: Huic etiam sententiae de sanctificatione in utero adstipulatur Episcopus Christophopolitanus, & D. Eggius in sermone de S. Ioseph; Ea q; ratio illi suffragatur, quia si Hieremias ad vaticinandum & praedicandum de Christo, & Ioannes Baptista ad eum baptizandum, & digito commonstrandum sanctificati fuere in utero materno, non est a ratione alienum, ut qui manibus frequenter per multos annos contrectaturus esset sacratissimum corpus Christi, sanctus esse inciperet ab utero matris suae.

Nec mirandum, quod D. Iosephum Dei genitricis sponsum pie credamus in utero sanctificatum, ait P. Ioannes de Carthage, cum & idem singulare privilegium de alijs permultis sanctis a grauissimis auctoribus creditum fuerit. De Iacobo enim

Iac. de Valent. in Cant. Virginis.

Quinam in utero sanctificati fuisse creditur.

P. Cartha. li. 4. hom 3.

Iacobus minor.

MINO-

Egesip. lib. minore id existimârunt Egesip-
3. cōment. pus, Eusebius Cæsariensis, Si-
Euf. Casa. meon Metaphrastes, & Petrus
Metaphr. Episcopus Aquilinus in eius vi-
ser. de S. tâ: deinde de D. Nicolao & Do-
Jacobo. minico id ipsum quidâ asserue-
 runt, vt auctor est D. Antoninus
 in hæc verba; *Legimus Hieremiam*
D. Anton. *sanctificatum: aliqui hoc etiam cre-*
3 par. sum. *dunt de D. Nicolao, qui natus stetit re-*
tit 18. c. 5. *ctus, & de B. Dominico, qui iam in*
§. 6. *eunis egrediens lectum, iacebat in ter-*
S. Asella. *râ. Immò & D. Hieronymus S.*
S. Georgi- *Asellam, affirmat in vtero matris*
us Episc. *sanctificatam, id referente Card.*
Suellensis. *Baronio in suo Martyrologio:*
S. Paulus. *ac tandem id ipsum tradit de S.*
Gal. 2. *Georgio Episcopo Suellensi Fra-*
ter Dimas erpi in apodixi sancti-
tatis S. Georgij. De D. etiam
Paulo sanctificatû fuisse in vtero
materno, auctores id asserentes
Cum autem placuit ei, qui me segre-
gavit

gavit
 quod
 am
 feci.
 mus
 nus,
 sus n
 & te
 præ
 tos
 nis I
 nob
 histo
 in v
 colli
 quod
 at
 dum
 tus,
 Magn
 sequi
 præse
 mort
 cum

gavit ex utero: nec obstar, aiunt,
 quod persecutus fuerit Ecclesi-
 am Dei, quia (ipse ait) ignorans
 feci. Immo vt idem S. Hierony-
 mus, D. Bernardus, D. Augusti-
 nus, & Anastasius Nicænus rur-
 sus non solum in lege gratiæ, sed
 & tempore legis naturæ & scri-
 ptæ, nonnullos fuisse sanctifica-
 tos referunt non infimi nomi-
 nis Doctores: nam de Iacobo
 nobilis auctor Comestor super
 historiam Geneseos ait: Creditur
 in utero sanctificatus fuisse Iacob, & in
 collisione infantium præfiguratum,
 quod non esset consensus Christi ad Beli-
 at. Et Dionysius Carthusianus,
 dum verba illa cap. 28. Ero custos
 tuus, quocumque perrexeris, explicat:
 Magna (inquit) promissio, ex qua
 sequi videtur, quod Deus in omnibus
 præseruauit Iacob deinceps à culpâ
 mortali, forsitan & antè, maxime,
 cum credatur sanctificatus in utero, &

S. Hier. sup.
 per cap. 1.
 ad Gal.
 D. Bernar.
 ep. 174.
 S. August.
 ep. 57.
 Anast. Ni-
 can. in 99.
 sac. scr. to.
 6. biblioth.
 ss. pp.
 9. 59.
 Iacob Pa-
 triarcha.
 Comest.
 cap. 66. hist.
 in Gen.

C cap.

cap. 25. Augustinum in hanc
sententiam ducere contendit;
in eâ fermè est Ambrosius: Ne-
gent (inquit) Iacob sanctum fuisse,
priusquam nasceretur, qui fratrem
supplantavit in materni adhuc uteri
positus arcano. Ex opinione S. E-
phraem Moyses addi potest: Sur-
sum (inquit) discipulos ducit in mon-
tem, & ostendit eis, se non esse Eliam,
nec Moysen, sed Deum Eliæ, & qui san-
ctificavit Moysen in utero matris. Sam-
psonem quoque annumeran-
dum illa verba suadere quidam
putant: Erit Nazareus Dei ab in-
fantiâ suâ, & ex matris utero. De
Dauid idem sensisse D. Bernar-
dum, non obscure innuunt ver-
ba illa: Videris etiam tu, an & de S.
Dauid id ipsum liceat opinari, pro eo
quod dicebat Deo: In te, ait, confirma-
tus sum ex utero, de ventre matris
meæ tu es protector meus. Item: De
ventro

D. Ambr.
lib. 4. de fi-
de, cap. 4.

Moyles
Propheta.
Ephr. in
erat. de
transfig.
Christi.

Sampson.

Iud. 13.

Dauid rex
D. Bern.
ep. 174.

Psal. 70.

De ventre matris meæ Deus meus es *Psal. 21.*
 tu; ne discefferis à me. Porro D.
 Iosephi extat & aliud sanctitatis Iosephus
 testimonium apud S. Brigittam, quàm san-
 ubi Deipara Maria eidem dixit: *Brig. lib. 6.*
 Ioseph nullum verbum, non bonum *reuel. c. 59.*
 protulit, nec ociosum, nec mur-
 murationis; erat enim patientissi-
 mus, diligentissimus in labore, &
 paupertate, mansuetus iniurianti-
 bus, obedientissimus obsequijs meis,
 constans contra meæ Virginitatis im-
 pugnatōres, fidelissimus testis mirabi-
 lium Dei, mortuus carni & mun-
 do, non nisi caelestia desiderabat: di-
 cebat, si velit Deus me vivere, ut
 eius voluntatem videam adimple-
 tam, raro erat in hominum congrega-
 tione; solum desiderabat Dei volun-
 tati obedire, ideo eius gloria modo ma-
 gna est. Hæc ibi.

Natus est D. Iosephus, juxta Au-
 gustini

P. Morales lib 3. tract. 2. n. 13.

C 2 gustini

*Quando
natus?*

*Nominis
Iosephi &
varia inter-
pretatio-
nes.*

gustini Tornielli calculationem, anno ab orbe condito, quater millesimo duodecimo, Imperij Octauiani Cæsaris à primo consulatu, anno secundo. Octauo post die circumciscus, non sine diuina dispēsatione Iosephi nomen tulit, quod *augmentum* seu *incrementum* significat, vt multi volunt: & ipsi satis conuenire noscitur; tum quia cum alij sponsi virginitate minuantur, ipse per matrimonium cum beatissima Virgine Maria, virginitatis & aliarum virtutum singulare incrementum suscepit; tum etiam, quia ad tanti honoris culmen ascendit, vt & Christi pater nominaretur, & Dei Genitricis verus maritus esset, quod non solùm imperialem, sed & Apostolicam dignitatem longè antecellit, Præterea significat Ioseph Hebraicè (si credimus illius idi-

omatis

omatis peritis) *pulchram arborem,*
 quod & Iosepho mirificè con-
 gruit; cum sub protectionis eius
 umbraculo melius ac securius,
 quàm animantia sub Danielis *Dan. 4.*
 arboris umbra, IESVS & Maria *Matth. 2.*
 requieverint, & à rapacibus He-
 rodiani accipitris unguibus, suâ
 protectione ipse eos liberavit.
 Alij tamen ex Hebræo contem-
 dunt significare *filium fructiferum*
vel crescentem iuxta fontem, vel iux-
ta oculum: vnde Pagninus vertit,
 vt Ioseph idem sit, quod *ramus fru-*
ctificans iuxta fontem, vel iuxta ocu-
lum, quod & nostro Iosepho re-
 ctè congruit; nam infans ille,
 quem ipse complexabatur, cuius
 pedes sæpè osculabatur, iuxta
 quem sedebat, dormiebat, vigi-
 labat, ac permulta virtutū ope-
 ra exercebat; omnium bonorū
 fons erat vberissimus; Benè ergò
 iuxta fontem creuisse dicitur Io-
 C 3 Ioseph,

seph, vel iuxta oculum; iuxta oculos enim Christi versabatur, quem ipse ut pupillam oculorū suorum diligebat.

Quatuor

Iosephi nomine celebres viri in sacris litt.

Gen. 30.

Matth. 27

Act. 1.

Sap. 10.

Luc. 23.

Act. 1.

Porro & hoc observandum quatuor insignes viros Iosephi nomine insignitos in sacris litteris commemorari: Iosephum proregem Ægypti, Iosephum ab Arimathæa, qui Christi sepulturæ operam dedit, Iosephum Barsabam, super quem ad Apostolatum missæ sunt sortes, & Iosephum Virginis sponsum, quos etiam omnes *Iustos* cognominant; nam Sapiens loquens de Patriarcha Ioseph, ait: *Hæc venditum Iustum non dereliquit.* De Ioseph ab Arimathæa Lucas ait: *Vir, nomine Ioseph, qui erat Decurio, vir bonus & iustus.* De Ioseph Barsaba Lucas scribit: *Ioseph, qui cognominatus est Iustus.* Ac tandem Matthæus Evangelista de nostro

nostro Iosepho sermonem instituens, ait: *cum esset iustus, & nollet eam traducere.* At nostri Iosephi iustitia tantum illorum iustitiam, quantum & dignitas antecelluit; maximè si absque lethali crimine (vt docet D. Augustinus) vitam transegit; & fomitis peccati ardor in eo penitus fuit extinctus, vt tradit D. Isidorus; & in ventre materno fuit sanctificatus, vt docent Cancellarius Parisiensis, & Episcopus Constantinopolitanus, quibus moderni non pauci consentiunt.

Matth. 1.

D. Aug. li. 6. de natura & gratia.

D. Isidor.

in summa

Ioan. Gers.

ser. de nat.

Virg. & in

Ioseph.

Valent.

Ep. Christ.

super Ma-

gnificat.

D. Iosephi vita integritas, fabrilis ars, & cum beatissima Virgine desponsatio.

C A P V T II.

[Ntegerimam B. Iosephum ab ineunte ætate semper vitam iuxisse, & à peccato mortifero

C 4 im-